



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Epitome Instituti Societatis Jesu**

**Sesti, Curtius**

**Bruxellis, 1690**

Sect. III. De Claßibus superioribus in co[m]muni.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-68440)

## SECTIO III.

## De Classibus superioribus in communi.

*Quare Sacra,  
& naturales  
scientia perira-  
ctanda.*

1. **C**UM Societatis, atque studiorum  
scopus sit, Proximos ad amorem  
Dei, & salutem suarum animarum juvare;  
cumque ad eum finem medium magis pro-  
prium sit facultas Theologiæ; in hanc po-  
tissimum Societatis Universitates incum-  
bent: ac diligenter, per idoneos admo-  
dum Præceptores, quæ ad Scholasticam  
doctrinam, & Sacras Scripturas pertinent,  
ac etiam expositiva, quæ ad præfixum hunc  
nobis finem conveniunt, pertractabunt. *c*  
*P. 4. C. 12. §. 1. & C. 2. D. 9.* Et quoniam Artes, vel scientiæ naturales  
disponunt ad Theologiam, & ad perfectam  
cognitionem, & usui illius inserviunt;  
*d* *P. 4. C. 5. §. 1. & C. 12. §. 3.* hæ pariter tractandæ sunt: *d* sic tamen ut  
*e* *C. 3. D. 47. & R. Prov. 53.* veræ Theologiæ Scholasticæ inserviant. *e*  
2. Moralis etiam scientia, & Mathema-  
tica, quatenus tamen ad finem nobis pro-  
positum conveniunt, tradentur. *f* Sed me-  
*f* *P. 4. C. 12. C.* dicinæ, & Legum studium, ut à nostro  
Instituto magis remotum, in Universita-  
tibus Societatis, vel non tractabitur; vel  
saltem ipsa societas per se id oneris non sus-  
*g* *P. 4. C. 12. §. 4.* cipiet. *g*

3. Et

3. Et hæc quidem facultates tractandæ. De ratione autem servanda in communi, dum traduntur, hæc decreta sunt, præter ea quæ sigillatim pro singulis classibus præscribuntur in Ratione studiorum, & attingentur infra Sect. proximâ. Primò sequantur Nostri in quavis Facultate securiorem, & magis approbatam Doctrinam, & eos Auctores, qui eam docent; novitasque, & diversitas opinionum eliminanda. *h* Hujus verò Constitutionis ea est sententia. 1. Ut Nostri non inducant novas opiniones. 2. Ut si quando contra communem senserint, sequantur quod Societas judicaverit. 3. Ut in Controversiis, in quibus neutra opinio est adeò communis, redigantur ad conformitatem, ut sic idem sapiamus, idem dicamus omnes. *i* In iis verò quæstionibus, in quibus liberum est quamcumque partem sequi; ita defendatur una pars, ut alterius etiam partis, ac multò magis prioris Professoris, si contrarium docuerit, existimationi consulatur. Quin etiam, si conciliari possunt Auctores, id ne negligatur, optandum est; *l* & quæ opiniones alicubi Catholicos graviter offendere scientur, eas ibi nemo defendat. *m* Et quidem ad coercendam divagandi in opinando licentiam, utile fuerit Summas tum Philosophicam, tum Theo-

*Doctrina solida,  
& uniformis.*

*h* Ex. c. 3. §. 11.  
& P. 3. c. 1. §.  
18. & O. & P.  
4. c. 5. §. 4. & c.  
14. §. 1. & R.  
Prov. 54. &  
Rect. 39 & St.  
R. Prov. 16. &  
C. 5. D. 6. &  
41. & R. Rec.  
6. & R. Prof.  
sup. 6. 7.

*i* C. 5. D. 50.

*l* C. 5. D. 41. &  
R. Prof. sup. 5.

*m* C. 5. D. 41.  
& R. com.  
Sup. 6.

Theo-

n P. 4. C. 14. B.  
& C. 5. D. 70.  
& C. 7. D. 83.

*Prælectiones  
quomodo habende.*

Theologicam conficere; quæ usui Societati sint, ubi ratio temporum id permiserit. n

4. At in habendis prælectionibus Professores ne adducant opiniones inutiles, obsoletas, absurdas, & manifestò falsas; nec illis refutandis nimis immorentur. Conclusiones pondere potius, quàm numero argumentorum probent: non digrediantur: studeant brevitati: in referendis Doctorum auctoritatibus nec sint nimii, nec parùm fideles. Si quis citra dictationem docere potest, ut quæcumque scribenda sunt, commodè valeant ab Auditoribus excipi; is ne dicat, optandum; qui verò dicant, intermisceant explicationem, & Auditores, ad eos Auctores qui copiosè, & accuratè materiam aliquam pertractarunt, rejiciant. o

o R. Prof. Sup.  
7. 8. 9. 10.

*Eadem quo pacto excipienda.*

p P. 4. C. 6. §. 8.  
& l. & §. 14. &  
M. & §. 16. &

O  
*Repetitiones.*

q P. 4. 2. 6. §. 8.  
& H. & C. 13.  
§. 3 & D. &  
R Prof. Sup. 11.  
12. 13. & R.  
Acad. Theol.  
2. 3.

5. Præterea commendatur Auditoribus, ut quæ audierint, diligenter adnotent; suumque privatum studium, & quietum habeant; in quo selectum aliquem Commentarium videre proderit. p

6. Idem assidui esse debent in repetendis, quæ audierint. Atque hæ repetitiones in Scholis etiam fient (nam de domesticis supra dictum est Par. 2. C. 5. Sect. 4.) nec modo ultimæ lectionis, verùm & hebdomadariæ, & longioris temporis. Si quid verò non intellexerint Magistrum consulant. q

7. Perutiles porrò sunt Disputationes; quas propterea frequentes esse oportet: quibus dies, & horæ certæ constituantur; ubi non solum cum condiscipulis, sed & cum provecioribus, aut minùs provecis, & Præceptores etiam ad invicem disputabunt, semper, qua decet, modestiâ observatâ & aliquo præside; qui contentionem dirimat, & quid doctrinæ elici oporteat ex disputatis declaret. Sunt autem constitutæ disputationes tum Hebdomadariæ, tum Menstruæ in Ratione studiorum. Quo prævio examine, & qua lege habendæ sint annuæ, & solemnes Disputationes, pro Philosophis vide in R. Præf. 19. usque ad 26. & pro Theologis R. Præf. 7. usque ad 16. & R. Acad. Theol. 8. 9.

*Disputationes habenda.*

P. 4. C. 6. H. & §. 10. & C. 13. §. 3.

R. Præf. 16. R. Prof. Sup. 12. 14. 15. 16. 17. 18. & R. Phil. 17. 18. & Theol. 14. & R. Moral. 4. & Acad. Theol. 1. 4. 5. 6. 7.

SECTIO IV.

*Quid in Classibus Philosophiæ, & Theologiæ Scholasticæ servandum sit.*

1. Philosophiæ Professores sectari debent Aristotelis doctrinam; nisi ea alicubi recederet à sententia communi; aut repugnaret Fidei Orthodoxæ: quam adversus eundem, reliquosque Philosophos tueri debent, juxta Lateranense Concilium.

*Aristotelem quatenus sequi debeant.*

P. 4. C. 14. §. 3. & C. 5. D. 41. & R. Prof. Phil. 2.

2. Ari-